

August Varenius

**Augustus Varenius SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum Professor. ordinar.
Universitatis Rostochiensis Rector ... Viro Dn. D. Jacobo Fabricio, Medico
Celebratissimo, Professori Med. & Super. Mathem. in Univ. Rostoch. ... Funus,
quod parant, cum Filio, Generi Excellentissimi Apud omnes Cives Academicos
solemniter indicit. Conventus fiet in Templo Jacobaeo hora 1. pomerid.**

Rostochi[i]: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444054>


Druck Freier  Zugang




Varenivs, A.,
in
J. Fabricius. / 6

Rostock. 1652.

50.





26
AVGVSTVS VARENIVS

SS. Theol. & Phil. D. Hebraicorum

Professor ordinar.

Universitatis Rostochiensis

RECTOR

Eminentissimo & Experientissimo Viro,

DN. D. JACOBO

FABRICIO,

Medico Celebratissimo, Profes-
sori Med. & Super. Mathem. in Univers.

Rostoch. per XL. Annos Excellentissimo, Duca-
lium Professorum & Medicorum Collegij, totiusque

adeo Academiae Seniori venerando, Archiatro Mekelburgicae
Scenissimorum ac Potentiss. Daniæ ac Norwegiæ Regum

CHRISTIANI IV. Gloriosiss. mem. & FRI-

DERICI III. Personæ Medico

Primario,

Funus, quod parant, cum Filio, Generi Excellentissimo

Apud omnes Cives Academicos solemniter
indicitur.

*Conventus fiet in Templo Jacobaeo hora 1.
pomerid.*

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. LII.





SI quis ad indicendum, quod solemnibus exequiis hodie efferetur, & conde-
tur, funus, & in illo, *δημόσιον πένθος* impa-
rem me judicabit, is ad sententiam suam
meum adscribat suffragium. Abiit, abiit
magnus ille FABRITIUS, cui post GUI-
LIELMUM LAURENBERGIUM, post
MAGNUM PEGELIUM, post
JACOBUM BORDINGUM, post
HENRICUM BRUCÆUM, post PETRUM MEM-
MIUM, post GERHARDUM NENNIUM, post PE-
TRUM STRATAGEUM

ἡμιθέους ὧν ἔργα θεὸς Ἰνγηταῖσιν ἔδειξε
(ut BACMEISTROS, AMSINGIOS, PAULOS, ROSE-
LROS, TUNICHÆOS illibatae laudis Medicos discretâ me-
moriâ veneremur)

*jam dudum doctior orbis
detulit in Medicis fascibus imperium.*

Abiit, qui, ne acerbior per Epidemiarum febrium intestabiles flammâs
aliis imperaretur ab initio, totiens effecit, & eluso illo alvei infernatis præ-
sidiæ, profugas ac in supremo jam ore versantes animas, alter *Æsculapius*
revocavit: abiit, qui scientiis hunc ultra Herculis columnas celebrem,
Balthicum Heliconem, & in hoc totum illustravit orbem: abiit, qui
per *ἐμπειρίαν & βδαιμονίαν ἰατρικὴν*, ab hoc ipso Reip. Acad. cor-
pore, omni tabe magis noxias pestes repulit, & tempestivâ antevor-
tit prudentiâ: abiit, qui jam rude donatus, jam primi ordinis comitivam
aptus in GERMANIA, novâ ARCHIATRI apud *Gloriosissimum*
CHRISTIANUM IV. & *Potentissimum* FRIDERICUM III.
incomparabiles sub Aquilone Reges, comitivâ inclaruit in DANIA

λαχών

λαχών ποσούτω κῦδος ὀλίγεστέον.

Abiit, qui amor patriæ, delitium Daniæ, præsidium & columen nostræ fuit Academiæ, cujus, ut propter senectutem defendendus non sit, quia mature discessit: propter raras tamen dotes, & tot illustria merita (projectis, qui hæc mallent εἰς ὕδαρ γράφειν Laconibus, imi subsellii viris) lamentabilis esse debet memoria. Abiit, qui dignius, quam aliquis Archontius, vel Theombrotus, vel Thadæus Florent. vel Petrus Patavinus (quos Purpuratis honoratos apprimè, Camerar. meminit op. subcis. c. 55. & Valles. de sac. Phil. c. 74.) vel ipse Æsculapius propter unum Hippolytum, sustinuit expertus, quod Ecclesiasticus expressit c. 38. 3. Επισήμη ἰατροῦ ἀνυψώσθ κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἔναντι μεγιστάνων θεουμασθήσεται, καὶ ὡς δὲ βασιλέως λήψεται δόξαν. Cæterum, Threnodias, lacrimas, lamenta, quæ tamen in Seniorum funeribus, nec Scripturæ, nec naturæ, nec perseveræ Stoæ prohibet sententia, indicere, vel atro cilicio Academiæ, ipsaq; ejus mœnia Punico more (Diod. l. 19. 12te) obvelare, non poscimus: nec ad exequiarum Magnificum apparatus, quem, suspensio Gelone, excellentissimi curabunt Generi, quicquam conferre possumus, quàm ut frequentes exequias ejus eamus, quo dignioris nunquam ibimus. Quod in FABRITIO nostro excellens, & supra communem vulgi caput se offeret, peculiari recordatione persequemur. Equidem, uti Anarcharhis in Scythiâ: ita

magnos posse viros, & magna exempla daturus
verrecum in patriâ, crassoq; sub aere nasci.

nec omnes Boetos stupidos esse, præter Demosthenem, cui Βοιωπιάζων Æschines objecit, timiditatem in dicendo ex tempore, Demades: entymemata lucernam olentia, Pytheas, Plutarch. in vit. Demosth. teste, vel soli testantur Cappadoces, ex quibus, (licet acerbius in hos luserint Ammian. l. 46. l. 2.

Ἰατίαν ἔην λούκους κόρακας, πηήνας ἢ χελώνιας
εὐρεῖν, ἢ δάκιμον ῥήτρα Καππαδοκην

& Demodor. l. 2. t. 43. dum vocat Cappadoces ΦαυλεπιΦαυλοτάτους usq; adeo ut

κόσμη ὀλιδοθήση Καππαδοκιζόμεν.)

Viri exiterunt, qui & virtutum sanctimoniâ, & scientiarum excellentiâ totum illustrarunt orbem, neq; nos vel κερῶσιν ἡθῶν καὶ οὐρανοῦ

τὸ πῶς examinabimus, vel an Rostochii *cælum Atticum* sit, an *Boeotium* inquiramus, nec ut, vel jam inde ab eqvo Trojano, imaginum, vanæ sc. Pompæ, si virtus absit, deducendo simulacra, *parturiant montes, nascatur ridiculus mus*, obstetricem accersemus: interfuit tamen ad natale solum FABRITIO: qui cum die XXIX. Augusti anno LXXVI. superioris seculi, Patre, *Viro integerrimo & spectatissimo* HENRICO SCHMIDT / *Sitopæo primario, Reip. Centumviro, & ærarii publici per annos bene multos præfecto* p. m. Matre item *pudicissimâ & honestissimâ* DOROTHEA Wulfes / *Reverendi Viri DN. JOACHIMI Wulfes / primi Evangelici Pastoris in Brütze prope Goldbergam in Ducatu hoc Mekelburgico filii* p. m. natus & *λουτζῶ ὕδατ* & *ἐν ῥήματι* renatus esset, simul prætextatus bullam sumsit, magnum illum NATHANEM CHYTRÆUM pueritiæ & adolescentiæ Regem habuit, cujus, in Scholam Patriâ Rostochiensẽm, tantum fuit meritorum, quantum celeberrimi Philologi Rhodomanni in Luneburgensẽm: ex quâ utraq; scholâ FABRITIUS vix quinque & decimas emensus *aristas*, ita est egressus, ut *aggressus metuenda viris vestigia magne indolis* adhuc prætextatus ediderit. Per *Isidorus Pelusiotæ* l. 4. ep. 108. meminit, quod in virorũ classẽm ascribendi jurarent prius: *κατεφρονήσω ἡδονῆς σώματ* & *κατεφρονήσω δόξης κενῆς καὶ κέρδους ποηροῦ. Ζηλώσω δ' ἀρετὴν καὶ πηγήσω τὰ θεῖον καὶ γονεῖς. ἀληθῆς πράσων οὐδὲ τι πύτων ὑπερβήσομαι εἰδῶς οὐτ' ἐκῶν.* Non aliter FABRITIUS, qui ex quo positâ prætexta *togam virilem* assumpsit, non illam (quod Antonio objicit Cicero Phil. 2.) *flagitiosa mollitiæ muliebrem reddidit*: sed veræ pietati, sanctitati, & sublimiori Dôctrinæ, quasi *datâ solâ in matrimonio certo ac stabili locavit*, studiumq; illi fuit *λέγειν πρακτικῶς καὶ πράσων λογικῶς*: ut planè in illo fuerit, quod alicubi præscribitur ab Ambrosio: *In senibus gravitas, in juvenibus alacritas, in adolescentibus verecundiâ, ab ipsâ commendatur naturâ*: unde & noster *κρηίτης* expertus est, id quod nobilis Græcorum habet versiculus:

Εὐσεβέων παιδεῶσι τὰ λῶια δὲ υσεβέων δ' εὔ.

Inclaruerat jam tũm, & totius Orchestræ Astronomicæ judicio ASTRONOMORUM PRINCEPS audiebat, Stemmatibus generosus: at scientiarum excellentiâ supra stemma eminentissimus TYCHO BRAHE *Eqves Danus*, qui in suâ illâ *Balticâ Uranopoli*, totius observationibus & admirandis Astronomicis *non sine sacris* defudabat:

bat: militaverat idem, postea incomparabilis Astronomus, XX. annorum
 Juvenis ab Anno 1566. quo Albo Academiae nostrae est inscriptus, in his
 ipsis Varniadum castris: & proinde, cum indigeret, cujus expropterea ope-
 ra in laboribus Astronomicis uti posset, Studiosum Juvenem ex hac no-
 strâ expetijt Academia. Mittitur FABRITIUS, dignus & Urano-
 poli, & Præceptore Tychone discipulus anno æt. XVII. Hic hic verè
 in salo *Cælum terrestre* habuit noster FABRITIUS, qui nisi ipse Urano-
 polin satis ostendisset, ex tanto Præceptore, & summi ingenij Commi-
 litone CHRISTIANO LONGOMONTANO, Mathematico
 celeberrimo æstimari posset. Sed ipse se in Urania, non nisi *ὀυρανία*,
 & cœlestibus ac igneis animabus digna studia excoluisse, satis orbi testa-
 tus est, quando post quadriennium, non sine illustri munificentia Nobi-
 lissimi Tychonis dimissus, per *Belgium & Britanniam*, illa quæ in celo
 didicerat, magno cum applausu, docuit, Studia Astronomica, & id im-
 petravit, ut & per Præceptoris Tychonis, ac Longomontani commilitonis,
 & per proprii ingenij pariter ac exercitationum monumenta & merita
Eminentissimorum in re literaria Virorum dignaretur amicitia, & ex illis
 Studiis sibi compararet *peculium castrense*, ac Astronomiæ *ὀψώνια*. *Bel-*
gium jam & *Anglia* viderant FABRICIUM ex Urania: exoptabat
 eundem Germania: venit ille, & lauream poeticam invocanti oblatam
 admisit. Verum altius ferebatur mens Juvenis FABRICII: in *τῆ*
Χρῆν ἰατρικῆν velis passis contendebat: quas quidem *ὀρμὰς Hippocrati-*
cas, excellentia nobilissimi Studii, & diffusissimus ejus in genere hu-
 mano usus, ex quo

Post lapsum, macies & nova febrium

Terris incubuit cohors

Absentisq; prius nulla necessitas

Leti corripuit gradum

vehementèr accendebat. Equidem, cum, ex quo per unum hominem
 peccatum intravit in mundum & per peccatum mors, quatuor sint modi
 quorum unus hanc mortalem vitam conficit: 1. *violentiæ*, per quem ex-
 ternæ vi mortalis succumbit: 2. *carentiæ* ubi fame vel siti deficit. 3. *hu-*
morum dyscrasia & intemperie: 4. *τῷ θεσπυῖ ἐμφύτῳ* *deficientiæ*: & tota
ἰατρικῆ circa tertium maxime occupetur, fatemur, extra *pollucibiles cœnas*
 si foret, & illam Vacunæ indulgentiam, quam graphice Sapiens expref-
 sit *Ecclesiast. c. 37. 32. 33. 34.* minus Medicorum fore: at quis seculum

αἰνεῖ ἀποθνήσκει καὶ ἀσπιμαρξίας, & etiam ubi hæc exulant, αἰνεῖ δυσ-
 κρασίας in corpore mortali, reddet? Næ id dabitur, ubi novum celum
 ær, aqua, terra ἐν μεγάρων νήσοισι dabitur, & ubi ar immortalitatis à
 Sinenfium Regulis explorabitur. Cœterum, extra illa si esset, annon-
 nobilissima est & gloriosa, quæ *Altrissimum*, à quo est *Medicina*, & qui è ter-
 ρᾷ procreavit *pharmaca*, vel in Botanicâ palpabilem facit naturâ? Lucas
 Evangelista Medicus fuit: quàm autem ille APOSTOLO in medullis ac
 visceribus hæserit, vel ex *salutatione* hic constare voluit, quando ad Co-
 loss. c. 4. *Salutat*, inquit, vos, Lucas ὁ ἰατρὸς ἀραπητὸς Medicus ille, singu-
 lariter dilectus (verè enim Chrysof. σφόδρα μέγα τὸ εἶναι ἀραπητὸν Ἰω-
 Παύλῳ in h. l. scripsit) & præclare *Basil. Magnus* in *Afceticis*: cum in Pa-
 radiso non simus, Medicis indigemus. Sed nos ad τὴν ἰατρὸν ἀραπητὸν FA-
 BRITIUM redimus: qui cum post Uranopolin, Belgium, post Belgium
 Britanniam illustrasset, in celebrioribus Germanicæ Academijs clarissimos
 Medicos, & tùm ἰατρικῆς ὕλης ad miraculum usq; doctos: tùm τῆς
 ἐμπειρίας ἐς τὸ αἰκρον ἐληλακότως audivisset, & eminentia eruditionis
 Medicæ spectacula edidisset XXVI. æt. anno, hujus seculi II. *Biretum*
Doctore Hippocraticum Jenæ virtute intaminatâ & repulsa sordida nesciâ
 admisit, & Doctorali honore fulgens in patriam velut palæstram Medicâ
 rediit.

Doctor ergo reversus planè ex præscripto *Pœtæ*

ἰατροῦ δὲ γυναῖκα τὸν ποτὶ οἶκον ἀγαθῶν

μήτε τριήκοντ' ἔτεων μάλα πολλ' ἀπλάτων

μήτ' ἐπιθείς μάλα πολλά. Γάμῳ δὲ τοῖ ὄρῳ οὐτῷ.

27. ætatis anno lectissimam ac pudicissimam virginem MARGARETAM,
 RUDOLPHI MULLERI Civis Rostoch. spectatissimi ex TILSA
 DENIA *Experientissimi* quondam Viri DN. FRANCISCI DENII
 Medici per Mekelb. & vicinas provincias incluti, ex fratre, nepte, filiam
 solemani ritu domum duxit, cum quâ & τῆμιον γάμον & κόιστην ἀμίαν-
 τον, eamq; benedictam amœnitate sobolis amœnissimæ, coluit. Epa-
 minondas, moriturus, cum quidam adstantium profusis exclamarent lacry-
 mis: Siccine sine liberis è vitâ discedis! Non, Δία, respondit: Sed filias
 duas, *Leutricam* sc. & *Mantineam* victorias post me relinquo, Diod. sicul.
 teste. Quod si id est liberos relinquere, tot beatissimus noster Senior ha-
 buerit, quot Discipulos, quot feliciter curatos, quot virtutis monumenta re-
 liquit, Cœterum nec propriâ magis sobole FABRITIUS caruit, qui ex fœ-
 CUM-

mundissima & pudicissima sua Casa PHILIPPUM JACOBUM,
JOHANNEM ADOLPHUM, MARGARETAM ELISABETAM,
SOPHIAM I. HENRICUM I. SOPHIAM II. feliciter quidem su-
tulit: sed quos omnes abstulit atra dies & funere merfit acerbo. Super-
rant tamen, FABRIJ sanguis (& supererit quum diutissime!) ELISA-
BETHA nobile sexus sui decus & corona, *Experientissimo & Excellen-
tissimo Viro DN. SIMONI PAULI, Medic. D. & uti antehac in Academ.
patria, Professore celeberrimo: ita postea in alterius patrie, Danie, Regia Haff-
niensi Academia, Serenissimi ac Potentissimi, augustissima memoriae Regis
CHRISTIANI IV. Anatomica, Botanica, ac Chirurgica primo ac publico
per IIX. annos Professore Publico, & Practico publicitatis exercenti: nunc Se-
renissimi pariter ac Potentissimi DANORUM & NORWEGORUM
Regis FRIDERICI III. Medico Aulico, stabili, & pulcherrima sobole in deli-
cium ac decus Avi ac Patris efflorescente, florido feliciter antehac est juncta
connubio: Superat HENRICUS II. Med. Cand. Superat SOPHIA III.
virtutum sui Sexus decoribus fulgida, vereque ταπεινὸν τῆς ἀρετῆς, Amplissi-
mi ac Consultissimi Viri DN. DANIELIS SANDOVII, J. U. D.
celeberrimi, Practici, & Advocati in Judicio Provinciali solertissimi, Costa fi-
delissima, & elegantissima Sobolis Mater fecundissima. Et hactenus qui-
dem vidimus FABRICIUM Doctorem, Maritum, Patrem: videamus
nunc per quos gradus adscenderit ad illam eruditi honoris apicem. In-
cubuerat Arcto huic per Autumnum Anni 1602. lues vehementissima,
quæ, cum putaretur extincta, sequenti Anno 1603. ardentiori etiam re-
cruduit flammam, ut una æstate 1300. homines ex Rep. Oppidanam: ex
Academicam, benigniore fato, nonnisi celeberrimum Theologum D. DA-
VIDEM LOBECHIUM & 4. Studiosos leto immaturo dederit. Ve-
nitium novellus Doctor FABRIJUS, impavidus morborum domitor
ROSTOCHIUM, totam patriam plaudente, nonnisi illam febrium Morboniam
ejulante, cui morti ipse pallida mors, pestisque fuit, qui ex relegata, felici-
cissimis curationibus, illam pestium hydra, primum Esculapij honorumque
Signum, sibi ipsi candidis velis in Patriam explicuit: unde factum, ut ab
Illustrissimam Dominam, Dominam SOPHIA, Illustrissimi ac Celsissimi DN. JO-
HANNIS, Ducis Mekelb. Viduam, Sanctæ memoriæ, non solum in aulam
Lüzensensem, dato annuo Stipendio, vocaretur: sed & ejus filijs Junioribus,
Ducibus Mekelburgicis, in Sveciam proficiscentibus, jungeretur itineris
comes. Reverfus ex Specie Archiatri eminenti honore atcolitur ab*

Illustrissimo & Celsissimo Principe ac Domino DN. JOHANNE ALBERTO Duce Mekelburg. glorios. memoria: cumq; excessisset ex vitâ pariter ac Academia, Incomparabilis Medicus GVILIELMUS LAURENBERGIUS Medicin. & Mathemat. superiorum in hac Acad. Professor celebratissimus, accessit Anno c15 lcc XII. PROFESSORIS Superiorum Mathematic. & Medicine titulus: quàm in utroque Archiatri & Professoris fastigio, ex asse satisfecerit, testantur præter aulam Mekelburgicam, prælectiones publicæ, testantur demonstrationes Anatomica: testantur operationes Chymicæ, gratis ut plurimum, nec sine sacris, Studiosis domi per XXV. annos exhibitæ, ut plurima silentio nunc veneremur potius: quàm impari eloquio recordemur. Memor erit Academia, donec erit, insignis illius beneficii, quod celeberrimus JCtus DN. PETRUS WASMUNDT Rector tùm hujus Univers. ad annum c15 lcc XXXIX. in membranis Academicis autoritate publicâ his verbis descripsit: Cesaris Ferdinandi II. inclementiore jussu, Illustrissimi nostri DN. ADOLPHUS FRIDERICUS & DN. JOHANNES ALBERTUS celebratis hujus anni Paschatos solemnibus, ex avitis suis provinciis tristissimo exemplo emigrarunt, suiq; ingens desiderium cunctis subditis reliquerunt, quorum loco ALBERTUS VVALDSTEINIUS Fridlandiæ & Saganiæ Dux nobis præscitur, qui infinitis exactionibus, plerosq; incolas in 4. usq; annum miserimè divexatos, omnibus ferè fortunæ bonis exiit, & ad incitas redegit. In his verò publicis malis, optimatum bellicorum insperatâ erga Academiam benevolentia, quàm Collega noster D. JACOBUS FABRIUS apud illos suâ sedulitate in arte Medicâ primitus obtinuit, & deinde nobis etiam conciliavit, ac diligentissimè fovit, ab horridis militum injuriis mediocriter tuti viximus, & mirabiliter servati fuimus, idq; solius Dei providentiâ, cui merito cum posteritatis posteritate gratias debito corde persolvimus. Agnoscet beneficium, quisquis illorum temporum, & hujus maxime urbis, quæ militare Cæsaris præsidium ad 3000. habuit, ac Academiae, die in primis XXII. Jan. Ann. XXXI.

*quo cæde dirâ, nisi inaudito caput
præscindere ausa est Strenuo belli duci H.L. ab H.
furens Erynnis*

Statum, revocabit. Cum autem æstate anni c15 lcc XXXI. maxima hujus Provinciæ pars, à milite Cæsareo, sub Ducis Fridlandiæ Generalatu, liberata fuisset, tandem & Rostochium mense Octobri, Domitium Decembris, Wismaria Januario, in Ducum Mekelburgicorum, Dominorum legi-

motum

timorum potestatem redijisset (pro quo in serenissima Capita & nos omnes, qui sub illorum vivimus patrocinio, collato insigni beneficio, Gratia sit JESU CHRISTO!) uti in absentes Celsissimos Principes: ita in redditos Illustrissimo Patrimonio Dominos clementissimos, integro & subjectissimo fuit affectu: & substitisset in illo Archiatri & Professoris (ac Anno 1632. & 1636. Rectoris Univ. Rost.) fastigio, jamdudum, Constantinopoli si fuisset, emeritus & comitivâ donatus, nisi mors Celsissimi sui Principis DN. JOHANNIS ALBERTI, Ducis Mekelb. &c. &c. intercessisset, cui non potuit non, qui tot annos Archiater incomparabili Principi fuerat, monumentum propriâ manu conscriptum in Albo Academiae his verbis FABRITIUS relinquere; & in illo simul devotissimum affectum exprimere: *Hoc anno (1717) CXXXVI. mens. April. die XXIII. post XV. septimanarum pertinacem egritudinem, Jcterum cum Hydropi, in plenâ spe ac fiducia meritorum Christi Illustrissimus & Celsiss. Princeps DN. JOHANNES ALBERTUS Dux Megapol. &c. Gustrovi animam ad cælum exhalavit, postquam vivendo absolvisset, annos 46. min. 13. diebus. Sublato ergo JOHANNES ALBERTO gloriosiss. mem. cum ex felicissimis per Holsatiam curationibus, quæ Rectorum FABRITIO per trimestre protulerunt, fama Esculapii nostri jam gloriosissimum Danorum Regem, totamq; Arcum in sui venerationem & desiderium convertisset, quod felix faustumq; fuit, An. 1636 Potentissim^o Rex Daniae, Norrv. &c. &c. CHRISTIANUS IV. immortalis memoriae, FABRITIUM in Regii corporis Medicum à Celsissimo ac Illustrissimo Domino, DN. ADOLPHO FRIDERICO Duce Mekelburgico, &c. &c. Domino nostro longè clementissimo expetiit, & salvo Professoris emeriti honore, impetravit. Quam se in hac illustri Comitiva, tum Regi incomparabili: tum toti Regno Daniae Domi, forisq; pro reverit, testatur gloriosi Regis CHRISTIANI IV. in FABRITIUM munificentia, & reconciliata nunquam clementia: testatur Potentissimi Heredis ac Successoris FRIDERICI III. sententia, quâ, simul successit, & locum & Salarium gratiosè FABRITIO nostro confirmavit: cui Serenissimo Regi talem ad novissimum usq; spiritum se præstitit: qualem Magno CHRISTIANO Patri. Vidim^o FABRITIUM jam inde à natali & Thalassicâ illâ Huene Vranopoli, ad usq; illam, in qua ad veram ascendit Vranopolin, honorum, qui in MEDICUM unquam cadere poterunt, eminentiam. Non caruit equidè illa felicitas suis calamitatibus, quas tum publicè, ab Anno maxime 28. ad 32. exactionibus & deprædationibus militaribus expositâ Provincia-*

B

tium

cum domi expertus est, acerbissimas. Præter enim, quod, uti Symbolum piè def. fuit

Vigiles dat purpura noctes

vidit sexies sobolem elegantissimam acerbis efferri funeribus, PHILIPPUM maxumè JACOBUM, qui cum jam igneâ, planeq; Patris simili mente, lingvas Orientales omnes penitus imbibisset, & Oratoria apud nos Professor publicâ jam famâ excelleret, in ipso flore juventutis, XXXIII. annorum Juvenis Anno sc. cio ioc xxx. mens. Augusto, dum Orientem scrutatus est, corpore occidit, mente ad ἀναπλήν ἐξ ὕψους evolavit. Vidit fidelissimam domus columnam paritèr ac tori fociam, anno XXIII. lamentabili funere conditam. Vidit: sed & id Cypriani admittit: *non potest esse victoria, nisi præcesserit pugna: cum fuerit in pugna congressione victoria, dabitur victori corona: gubernator in tempestate dinoscitur: miles in acie probatur.* Delicata jactatio est, cum periculum non est: & expressit quod verus apud Babr. etymol. versiculus requirit:

ἄ σοι πέπεσται ταῦτα τλήθι γενναίως
καὶ μὴ σφίζου· τὸ χρεῶν γὰρ οὐ φεύξῃς.

August. l. 6. Confess. Ambrosium, dicit, felicem quendam hominem secundum seculum sibi æstimatum, quem sic tantæ potestates honoraverint: cæterum celibatum ejus laboriosum sibi visum esse: magis id de eminentissimo Fabricio per XXX. annos viduo dicere liceret, nisi ἐπ' ἀκρον χαμμήνη & ultimam rerum lineam properandum esset, de quâ pulchre Euripid. Electr.

Μῆ μοι τὸ πρῶτον βῆμ' εἰδὼν δράμῃ καλῶς
νικᾶν δοκέτω τὴν δίκην περὶ ἂν πέλας
χαμμήνης ἵκηται, καὶ τέλ' ἐκ κόμψῃ βίου.

Diodorus, eqvidem, Siculo: *insignis*, inquit, corporis robore & sublimitatis acumine præditum esse perquam est difficile, unde Epaminondum vel illo nomine attollit, quod in illâ peritiæ militaris excellentiâ, in illâ æquitate ac celsitudine animi, quâ omnes Imp. superaverit, firmo ac robusto corpore fuerit, miratus utriusq; boni largitionem ab invidente aliâ naturâ concessam, ut idem & Valentissimus esset & sapientissimus (Valer. Max. l. i. c. 12.) licet autem à robustâ & validâ ætate panegyricum Fabricius p. d. non poscat, qui & scientiarum excellentiam & illud, uti Herm. Trismegist. vocat ἐν καὶ μόνον ἀγαθὸν ὄψεσθαι, & illos, quos Pelusior.

l. 3. ep.

l. 3. ep. 151. ἐλάττου τοῦ ψυχῆς characteres ponit, excellentèr habuit;
cæli tamen beneficium fuit, quod & *habitus contigerit valida, & sanitas
robusta* FABRITIO Medico: quem uti *Juvenem mori*, in salibus ha-
betur: ita in jocoseriis, si Medicus ante novissima, frequenter ingemi-
net illud Comici:

lien necat, renes dolent

pulmones distrahuntur: cruciatur secur

radices cordis pereunt, vires omnes dolent.

Vixerat hæcenus FABRITIUS valetudine satis integra, & ætate ultra-
Davidica, quippe jam in LXXV. æt. anno: non expertus alium ex
Morboniâ hostem, nisi communem senibus MARASMIUM, per
quem cum mortali *Spiritu & humore* deficit τὸ *Ἰερμὸν ἔμφοτον*. Sed tot
morborum terror, impavidus hunc *invincibilem* admisit: nec *mori ti-
muit, qui ex aquâ & spiritu renatus* (verba sunt Cypriani Martyris *serm. 4.
de mort.*) se *Christi cruce & passione censerî, & de hoc seculo recedentem*
ad æternam vitam *transilurum* scivit. Mortalitas, quippe, Christi hos-
tus pestis est: Dei servus *salutaris excessus*. Quod ergo jam moriturus An-
gustinus supremâ voce expressit: *laudatos Christianos sine dignâ & com-
petenti penitentiâ de corpore exire non debere*, id FABRITIUS noster qui
cum Isidoro l. 3. ep. 285. οὐτ' ἀναμάρτητος fuit οὐτ' ἀνακατήτους
ζητῶν Φίλος, serio meditatus, pridie ante obitum Reverendo &
Clarissimo Viro DN. M. JOHANNI BREMERO, Ser. R. M.
Dan. ac Norveg. *Concion. aulico Germanico*, devotissimè peccata confes-
sus, *Sacramentum corporis ac sanguinis JESU CHRISTI* impetravit. De
Monicâ Matre Augustinus, l. 9. conf. *Quamquam*, inquit, *illa in CHRISTO
vivificata, etiam carne, nondum resoluta, sic vixerit, ut laudetur nomen tuum
in fide moribus, ejus, non tamen audeo dicere, ex quo illam per baptismum
regenerasti, nullum verbum exivisse ab ore ejus contra præceptum tuum. Et
væ etiam laudabili vitæ hominum, si remotâ misericordiâ discutias eam*.
Non aliter sensit ὁ μακαρίτης noster, qui, quod *tutissimum* æstimat Bel-
lar. l. 7. de just. c. 3. & 7. in solâ Dei gratiâ & proposito in sanguine JESU CHRIS-
TI ἰλασηρίῳ, de quo *svavitèr Θεολογούντω* mente adhuc integrâ, illo
ipsò novissimo inter mortales die, audivit Reverendum admodum &
Excellentissimum Virum DN. THOMAM LINDEMANNUM SS.
Theol. D. *Celeberrimum, & Teyton. Hafniens. Eccles. Pastorem Regium;*
sing


sine dolorū vehementiorū, qui oculis in morte natantib⁹ atrā, excruciare corpusculū solent, svavitē d. xiv. Aug. Hafniæ ἐξέπνευσεν. Ita ergo *abisti*, & *bisti*, magne FABRITI! Et abitionē quidē ex hac vitā, quæ verē est σκιστὴς ὄναρ & ζέου ἐπιδημία ad amœnissimas amœnitates, ubi nunc ultra purpuram, scepra, coronas cœlo recepta mens triumphat, gratulamur: neq; enim potuisset vita æterna succedere, nisi, ut Cypr. loquitur, hinc contigisset exire: non est exitus: sed transitus: & temporali itinere decurso ad æterna transgressus. Qvis te ad meliora festinasse, invidet? quis non se quoq; ad Christi speciem reformari & ad cœlestis gloriæ dignitatem venire citius exoptet? Hoc nos ostendamus esse quod credimus, ut cum accersitionis propriæ dies venerit, incunctantē ac libentē ad Dominum, ipso vocante, veniamus. Quamvis te ibi charorum expectavit numerus? parentum, fratrum, filiorum frequens te turba desideravit: jam de suā immortalitate securus, & adhuc de nostrā incolumitate sollicitus: ad horum conspectum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia est? illic Apostolorum gloriosus chorus: illic Prophetarum exultantium numerus, illic Martyrum innumerabilis populus ob certaminis & Passionis victoriam coronatur. Quod ergo jam requiescas, quod pulverem detergas, quod vigiles det purpura soles, quod jam soluto stadio coronam exigas, gratulamur: at meritorum tuorum pondera revolventes, ereptum terris te dolemus & FABRITUM exoptamus.

Quod ergo supremi honoris superest, omnes quorūq; jurisdictionem Academicam agnoscunt, monemus, ut Celeberrimi FABRITII per XL. annos Mathematici & Medici Professoris, Collegij Ducatis, & Facult. Medicæ totiusq; Academ. Senioris Archiatri, item Mekelburgici & Potentissimorum Daniæ Regum Personæ Medici exequias, ubi signum dabitur eant reverentē, & huic bono horāi. in Templo Jacobæo conveniant frequentē, rati se digniorem nunquam comituros. Inter eundem meditamini illud Cypriani cont. Demetr. Quando hinc excessum fuerit, nullus jam locus poenitentia est: nullus satisfactionis effectus: hinc vita amittitur, aut tenetur: hinc salutē æternā cultu Dei & fructu fidei providetur. Hinc cum Christo semper vivamus, & facti per ipsum Filij Dei cum ipso semper exultabimus. Non enim potest non semper esse lætus, qui cum mori esset obnoxius, factus est immortalitate securus, & illud Mon. Clun.

Hora novissima tempora pessima sunt: VIGILEMUS:

ecce minaciter imminet arbiter ille supremus.

P.P. ROSTOCHII XV. Septemb. Anno clō Isc LII. sub
Rectoratus Academici Sigillo.





l. 3. ep. 151. ἐλάθειου ψυχῆς characteres ponit,
cœli tamen beneficium fuit, quod & *habitu contig*
robusta FABRITIO Medico: quem uti *Juvenen*
betur: ita in jocoserijs, si Medicus ante novissim
net illud Comici:

lien necat, renes dolens
pulmones distrahuntur: cruciatur
radices cordis pereunt, vires omni

Vixerat hæcenus FABRITIUS valetudine satis int
Davidica, quippe jam in LXXV. æt. anno: non
Morboniâ hostem, nisi communem senibus MA
quem cum mortali *Spiritu & humore* deficit τὸ *Ἰερμ*
morborum terror, impavidus hunc *invincibilem* a
muit, qui ex aquâ & spiritu renatus (verba sunt Cypri
de mort.) se Christi cruce & passione censei, & de ho
ad æternam vitam *irransliturum* scivit. Mortalitas,
bus pestis est: Dei servus salutaris excessus. Quod ergo
gustimus supremâ voce expressit: *laudatos Christianam*
petenti penitentiâ de corpore exire non debere, id FAB
cum Isidoro l. 3. ep. 285. οὐτ' ἀναμάρτητος fuit
ζητῶν Φίλος, serio meditatus, pridie ante ob
Clarissimo Viro DN. M. JOHANNI BREME
Dan. ac Norvveg. Concion. aulico Germanico, devotissi
sus, *Sacramentum corporis ac sanguinis JESU CHRISTI*
Monicâ Matre Augustinus, l. 9. conf. *Quæquam,* inq
vivificata, etiam carne, nondum resoluta, sic vixerit, ut lau
in fide moribusq; ejus, non tamen audeo dicere, ex quo ill
regenerasti, nullum verbum exivisse ab ore ejus contra pr
ve etiam laudabili vitæ hominum, si remotâ misericor
Non aliter sensit ὁ μακαρίτης noster, qui, quod tuij
lar. l. 5. de just. c. 3. & 7. in solâ Dei gratiâ & proposito in
STI ἰλασηρίω, de quo suaviter Θεολογούντων mente
ipso novissimo inter mortales die, audivit Reveren
Excellentissimum Virum DN. THOMAM LIND
Theol. D. Celeberrimum, & Tevron. Hafniens. Eccles.



abuit
anitas
as ha
gemi-

ultra-
m ex
, per
d tor
ri ti-
m. 4.
em
hosti-
s Att-
com-
r qui
stus
lo &
. M.
nfe
De
STO
un
un
Es
m.
Bel-
HRI-
illo
n &
SS.
L;
sing